

sine fastidio amabitur et sine fatigatione laudabitur. Si quis amicum suum libenter videt: illa visio finitur quando q̄. Si aliquis amatur: ille amor aliquando in fastidium vertitur. Si quis laudat vel canit: sepe ex tali actu fatigatur sed tunc nec visio nostra habebit finem: nec amor fastidium: neque laus fatigationem: sed continuam feruorem. Quarto debemus fumere vestes sponso conformes. Christus enim habuit tria pia vestimenta: scilicet vestes albas. Apoc. iij. Ambulauerunt mecum in albis. Rubreas. Psal. lxxij. Quae rubrum est indumentum tuum. De auratis et variis. Ps. Aspice regina id est christi anima que corpus suum laudabiliter reperit in vestitu deaurato circumdata varietate. Per hunc modum christi sponsa requiritur fidelis anima debet habere vestes albas per mundicie conversationem. Apoc. iij. Vestimentis albis induaris ut non appareat confusio nuditatis tue. Rubreas per dominice passionis meditationem. Reg. ij. Vestiebat vos cocino in delicijs deauratas reop feruente caritatem. Ps. Omnis gloria eius filie regis abintus in fimbrijs aureis etc. Et variis per virtutum multiplicitate. Item. Circumamicta varietatibus. Ecclesi. xvi. Vestiu te discoloribus.

In vigilia natiuitatis sermo.

Audierunt eo quod visitasset domus filio israel et accessisset afflictionem eorum. Prom. adoraueunt etc. Ecclesi. iij. In verbis istis tria notantur. Prima est nostra deuota auditio cui dicitur. Audierunt etc. Ista auditio quam modo legi audimus est ihesus christus filius dei qui in bethlehem inde nascitur. Natus enim est ut saluaret perditos. Iteo venit ihesus portans salutem nostram. Ps. Deus autem rex noster ante secula operatus est salutem in medio terre et in humana carne. Caro enim christi non dicitur terra sed medium terre. Natura quidem nostra habuit duplicem extremitatem: vnam quia fuit sub innocentia alia qua modo est sub miseria. Christus autem assumpsit nostram naturam cum innocentia. In quantum ad hoc participauit cum prima extremitate. Et miseria et quantum ad hoc participauit cum secunda. Sed natus est ut saluaret egrotos. et ideo venit christus portans ungenta. Fuit autem ungenta ex speciebus aromaticis et herbis virtuosis: aliquo liquore infuso. Species aromatica est eius deitas preciosa. Verba virtuosissima est eius caro incorrupta: quae sicut dicitur Psal. l. omnis caro fenū. Liquor infusus est eius sanguis preciosus. Ex his tribus confectum est ungentum quod sanat omnem egrotum. Ecclesi. i. xviij.